



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De ingenuis, si in synodo accusantur. xix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

De eadem re. Caput XIII.

Ex decr. **C**Aueant iudices Ecclesiæ, ne absente eo cuius causa ventilatur sententiam proferant: quia irrita erit, & causam in synodo pro factis dabunt.

Adriani
papa, ca.
4.

Vt nemo simul sit accusator, iudex, & testis.

Caput XV.

Ex episto. **N**emo simul sit accusator, testis ac iudex, nullus nec presumat accusator simul esse, & iudex, & testis: quoniam in omni loco iudicij quatuor personas necesse est semper adesse, id est, iudices electos, & accusatores, & defensores, & testes.

Alexand.
papa, ca.
7.

De falso testimonio quod capitale sit crimen.

Caput XVI.

Ex cõcil. **N**ouerint falsi testes, quod si falsum testimonium capitale crimen non esset, nequaquam dominus in Evangelio inter principalia crimina hoc annumerasset. Ad nim: De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsæ testimonia. Et ideo similiter debet pœnitere, & excommunicari falsus testis, sicut adulter, & fur, & homicida.

Agathæ.
cap. 3.

Vt falsi testes à communionem nisi pœnituerint sint submouendi. Caput XVII.

Ex cõcil. **F**allos testes à communionem ecclesiastica submouendi nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admittentur.

Aureliæ.
cap. 5.

Vt falsus testis prout crimen est quod opposuit pœnitetur. Caput XVIII.

Ex cõcil. **F**alsus testis prout crimen est abstinetur. Si tamen non fuerit mortis quod obiecit, & probauerit quod tacuit, biennij tempore abstinetur. Si autem non probauerit in conuentu clericorum, placuit per quinque annorum abstineri.

Elibertæ.
cap. 10.

De ingenuis, si in synodo accusantur. Cap. XIX.

Ex cõcil. **N**obilis homo vel ingenuus, si in synodo accusatus negauerit: si eum fidelem esse sciunt, cum duodecim ingenuis se expurget. Si antea deprehensus fuerit in furti aut periurio, aut falso testimonio, ad iuramentum non mittatur, sed sicut qui ingenuus non est, feruenti aquæ candenti ferro se expurget.

Triburi.
cap. 10.